UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Timotheo [et] Apollinare martyrib[us]. Cap[itulum]. xcv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Timothe⁹
preſbyter et mar-
tyꝛ rome paſſus ē
ſub valeriano ipa-
toꝛe: ꝛ tarq̄nio vꝛbis p̄fecto.
Qui ab antiochia veniēs tpe
melchiadis pape a ſcō ſilue
ſtro tūc pb̄ro: poſtea romano
pontifice futuro: hoſpitio de
note ſuſceptus eſt. Qui timo
theus: cū p̄ vnū annū: ꝛ. iij. mēſes: docēs xp̄i ve
ritatē multos populoꝝ gentiliū cōuertiſſet: tē
tus a tarquinio vꝛbis p̄fecto: ꝛ plagarū toꝛmē-
tis afflictus: longaq̄ʒ carceris cuſtodia macera
tus cū ſacrificare idolis noluiſſet: ter ceſus ter
q̄ʒ grauiſſimis ſupplicijs attrectatus. Nouiſſi-
me ſniam accipiēs capitalē: iter homicidas de
collatus eſt. Cui⁹ coꝛpus ſilueſter p̄ſbyter clā
rapiēs in domo ſua occultauit: ꝛ melchiadi pa-
pe nūciauit. Qui veniens nocte cū preſbyteris
ꝛ diaconibus coꝛpus tulerunt: ꝛ in oꝛto cuiuſ-
dam mulieris noīe theone iuxta ſepulturā bea
ti pauli apoſtoli ſepelierunt. Paſſus eſt autem
xi. kalen. ſeptembꝛis.

¶ De ſanctis Timotheo ꝛ Prote
rio martyꝛibus. Cap. xcij.

Timotheus alexā
drin⁹ ep̄s ꝛ ꝓteri⁹ ei⁹ p̄ſbyter
fidei catholice pugiles extite-
rūt tpe leonis imꝑatoꝛis cōtra
dioſcoꝝ ep̄ʒ alexādrinū ꝑ timo
tianos hereticos intruſuʒ virili
ter reſiſtētes. Propt̄ qđ heretici cū diſcoꝛo ar-
mata manu in cena dn̄i alexādriā inuadētes ꝓ
teriū capiūt: ꝛ in eccl'ia occidūt: coꝛpuſq̄ʒ illi⁹
crudel'r laniatū igne ꝯſumūt: puluereq̄ʒ in vētū
diſpergunt. Dioſcorū ꝟo violenter in exiliū mit
tunt. Timotheus ꝟo ep̄s catholicus vix aufugi
ens liberatus eſt. Qui poſt dies modicos: mul-
tum oppreſſus anguſtia quieuit in xp̄o.

¶ De ſancto ſymphoꝛiano martyꝛe. Cap. xciij.

Symphoria-
nus martyꝛ tpe au-
reliani imperatoꝛis
paſſus eſt ī ciuitate edueñ.
ſub cōſulari heraclio. Qui ex
auguſtudunen̄. vꝛbe: pꝛe fau-
ſto nobile chꝛiſtiano ꝓgenit⁹
cum adhuc eſſet adoleſcens
tanta moꝛum grauitate polle
bat: vt ſenioꝝ vitam anticipa
re videret̄. Cū ergo pagani in ciuitate edua fe
ſtū veneris celebꝛarent: ꝛ ſtatuā eius ante hera
cliū prefectū deferrēt. Symphoꝛianus affuit:
ꝛ nolens eā adoꝛare diu cedit̄: ꝛ ceſus carceri
mancipat̄. Et cū eductus de carcere ad ſacrifi
cium cogeretur: ꝛ multa ei donaria ꝓmitteren-
tur: ip̄e q̄ʒ oīa tanq̄ꝫ lutū abominaret̄. Irat⁹ iu-
dex data ſnia p̄cepit vt decollaret̄. Qui cū ad lo
cum duceret̄: mater eius de muro aſpiciebat: ꝛ
ip̄m ad paſſionē viriliter confoꝛtabat: dicēs q̄
ei vita nō tolleret̄: ſed in melius cōmutaretur.
Mox igit̄ decollatus eſt: et coꝛpus ei⁹ a xp̄ia-
nis ſepultū ad fontē: qui eſt extra publicū cam
pū foꝛis muros edue ciuitatis. Paſſus eſt aūt
xi. kalē. ſeptembꝛis circa annū dn̄i. cclxx.

¶ De ſancto Antonio martyꝛe. Cap. xciiij.

Antonius martyꝛ
paſſus eſt rome tpe ꝯmodi im
peratoꝛis ſub vitellio p̄fecto.
Qui cū eſſet carnifex: ꝛ ſctōs
martyꝛes euſebiū: pontianuʒ:
peregrinū: ꝛ vincētiū in equu-
leo leuatos mandato preſidis laniaret: vidit iu
uenē ſtantē ꝛ cum ſpongia ſanctoꝝ vulnera ter
gentē: de quib⁹ infra dicet̄. viij. kal'. ſeptēbꝛis:
qui mox cōuerſus: ꝛ a rufino preſbytero bapti-
zatus: dum xp̄m confiteret̄: iuſſu prefecti capi
tali ſententia damnatus eſt: ꝛ via aurelia iuxta
foꝛum traiani ſepultus. xi. kal'. ſeptembꝛis.

¶ De ſanctis Timotheo ꝛ Apol-
linare martyꝛib⁹. Cap. xcv.

Timotheus ꝛ apol
linaris martyꝛes paſſi ſunt a-
pud remenſiū vꝛbem ſub nero-
ne imperatoꝛe: preſide aūt lā-
pio: cui pꝛimum timotheus p̄-
ſentatus cum ſacrificare nol-
let: ꝛ grauiter toꝛtus fuiſſet: ac laniatus ꝛ ace-
to ꝛ calce viua eius vulnera conſpergerentur:
Apollinaris ꝟo gentilis aſſiſtēs: vidit duos an
gelos timotheo aſtātes: ꝛ ip̄m hoꝛtantes: ac vt
in celum aſpiceret admonētes: qui aſpiciens vi
dit celum apertū: ꝛ ieſum coronā gemmatā te-
nentē eamq̄ʒ ei dare ꝓmittentē: poſt que ange-
li ad celos euolarunt. Que oīa cum apollinaris
vidiſſet cōuerſus eſt. Et dū preſide tētus fuiſ-
ſet: ꝛ in os eis plumbum liquefactū faceret in-
fundi tanq̄ꝫ glacies repēte refriguit. Quo viſo
miraculo multi paganoꝝ in dn̄o crediderūt: et
ꝛ nocte a ſctō Mauro p̄ſbytero baptizati ſunt.
Scti ꝟo timotheus ꝛ apollinaris in carcerem
miſſi ſunt: vbi ꝛ apollinaris tanq̄ꝫ nouus xp̄i ty-
ro ab angelo cōfoꝛtat̄. ¶ Die ꝟo ſequēti oēs q̄
cōuerſi fuerāt iubēte p̄ſide decollant̄. Timothe
us ꝟo ꝛ apollinaris tertio ceſi: ꝛ diuerſis attre
ctati ſupplicijs in confeſſione dn̄i perſeueran
tes: tādē capitali ſentētia puniti ſunt. Statim-
q̄ʒ iaculū ignitum de celo cadens humeruʒ de-
xtrum p̄ſidis ꝑcuſſit: ꝛ ꝓtinus a demonio arre-
ptus infeliciter expirauit. Sctōꝝ ꝟo martyꝛū
coꝛpoꝛa xp̄ianis in eadem vꝛbe honoꝛifice cōdi
ta ſunt. x. kal'. ſeptembꝛis circa annū dn̄i. lviij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN